



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 74. Franciæ Rex a variis Principibus suppetias efflagitans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

spondit, quod sine maximo Regni, au- Sæcul.XVI.  
totoritatisque suæ detimento hac in re A.C.1597.  
summo Pontifici obsecundare haud pos-  
set. Nihilominus Cardinalis nondum  
animo concidens, cum Francisco Men-  
doza, qui a Philippo Rege, & Alberto  
Archiduce hac de re in Poloniā mis-  
sus erat, collatis consiliis eo rem de-  
ducebat, ut Mendoza declararet, se  
effecturum, ut in Regni Comitiis bel-  
lum Regi, nisi a Turcarum fœdere ab-  
stineret, denuntiaretur: nihil tamen a  
Rege impetrari poterat, pertinaciter  
obluctante Samoscio, ceterisque Proce-  
ribus, qui tamen, ne communem Chri-  
stianorum caussam deserere crederen-  
tur, Tartarorum Oratorem in Comitiis  
Varsaviæ agentem impellebant, ut hi  
deinceps a Turcis sese magis alienos ex-  
hiberent.

#### §. LXXIV.

*Franciæ Rex a variis Principibus sup-  
petias efflagitans.*

Sub idem tempus Henricus Rex Gui-  
lielnum Ancellum in Germaniam ab-  
legabat, ut Imperii Principes, urbes-  
que ad armorum societatem contra Hi-  
spanos sollicitaret: hic ergo præprimis  
unacum Jacobo Bongarsio, qui jam du-  
dum Regis negotia apud Germanos pro-  
curabat, Fridericum Palatinum Eletto-  
rem,

Sæcul. XVI. rem, necnon Georgium Onoldinum  
A. C. 1597. Marchionem convenit, coram quibus

Regem suum cum Angliæ Regina, &  
Belgii Ordinibus fœdus iniisse referens  
habita prolixa oratione indignum in  
modum in Hispaniæ Regem, totamque  
Nationem invehebatur, ac demum ut-  
rumque Principem impense rogabat,  
quatenus huic foederi pro publica liber-  
tate inito quamprimum nomen darent  
verum ad hæc Palatinus æque, ac  
Marchio Oratori Gallo respondebant  
se nihil certi statuere posse, nisi  
prius cum Daniæ, & Scotiæ Re-  
gibus, aliisque Imperii fœderatis  
egissent: Ancello autem in mora  
periculum obversari reponente ambo se-  
se excusabant, cauſati, honorificer-  
tius fore, si communi omnium confi-  
lio fœdus sanciretur, ac suppetiæ de-  
cernerentur: cum vero sub durissimis  
conditionibus auxilia ab utroque Pria-  
cipe sponderi intelligeret Orator, fru-  
stra tempus teri ratus, inde ad Phi-  
lippum Ludovicum Bavariæ Ducem,  
necnon ad Fridericum Wirtembergicum  
contendit: ast ab utroque nonnisi nuda  
verba retulit, hinc demum per Franco-  
fordiam facto itinere ad Mauritium Hal-  
siæ Principem, & Brunsvicensem Du-  
cem perrexit, quorum tamen primus  
majus ab Hungaria, quam ab Hispa-  
nis

nis Germaniae periculum imminere re-  
spondit, alter vero sibi Testamento Pa- Sæcul.XVI.  
A.C.1597.  
tris sui interdictum afferuit, ne sine Or-  
dinum consensu cum ullo Principe fö-  
dus iniret. Haud magis prospero suc-  
cessu Ancellus Anhaltinos Principes, &  
Georgium Brandenburgicum Electorem  
sollicitabat, quapropter re infecta No-  
rimbergam reversus ineunte Aprili a  
Saxoniae Duce literas accepit, in qui-  
bus Dux Regem hortabatur, ut a bello  
cum Hispanis inito desisteret, cunctas-  
que vires suas in Turcas verteret: in-  
super Palatinus Elector, & Onoldinus  
Marchio rursus sollicitati datis literis  
Ancello respondebant, se sacri Imperii  
reverentia prohiberi, ne födus cum  
Rege Christianissimo inirent: de cetero  
se ea, quæ Jacobo Bongarsio spopon-  
dissent, exequi paratos. Igitur Ancel-  
lus post honorificas utrinque salutatio-  
nes nonnisi vana spe, ac promissis lacta-  
tus discedere cogebatur.

§. LXXV.

*Lucemburgus Henrici Galliarum Re-  
gis Legatus ad Papam decretus.*

Hæc dum interim in Galliis gereban-  
tur, die decima sexta Aprilis hoc Spond. ann.  
1597. n. 16.  
anno Christi millesimo quingentesimo Dniel. l. c.  
Thu. l. 118.  
nonagesimo septimo Franciscus Lucem- pag. 808.  
burgus Pinei Dux Romam venit, quem  
Henri-